UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XVII. De alieno sepulturae iure non vsurpando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Visual Library

ANNO CHRISTI 585. ficia & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem ille sæcularis equo vehitur, clericusque similiter, sæcularis galerum de capite auferat, & clerico sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & sæcularis vehitur equo sublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto clerico sinceræ caritatis exhibeat: vt Deus, qui vera caritas est, in vtrisque lætetur, & dilectioni suæ vtrumque adsciscat. Qui vero hæc, quæ Spiritu sancto dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu episcopus illius ecclesiæ voluerit, suspendatur.

XVI.

Illud quoque rectum nobis visum est disponere, vt quæ vxor subdiaconi, vel exorcistæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cœnobiis puellarum Dei tradatur, & ibidem vsque ad exitum vitæ suæ permaneat.

XVII.

Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris sepulcra reserare, & mortuos suos superimponere, vel aliorum, quod nefas est, mortuis suis religiosa loca vsurpare, sine voluntate scilicet domini sepulcrorum. Ideoque statuimus, vt nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum decreta superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur.

XVIII.

Incestam copulationem, in qua nec coniunx,